Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



in mortem et plaga mortis eius
curata est. et admirata est uni
uersa terra post bestiam et adora
uerunt draconem qui dedit potestatem
bestie. et adorauerunt bestiam dicentes
Quis similis est bestie. et quis po
terit pugnare cum ea. Et datum
est ei os loquens magna et blasphe
miam. et data est illi potestas face
re mensibus xl duobus. Et aperuit
os suum in blasphemias ad deum
blasphemare nomen eius et tabernacu
lum eius. et eos qui in celo habitant
Et datum est illi bellum facere cum
sanctis et uincere illos. Et data est
illi potestas in omnem tribum et po
pulum et gentem et linguam. et a
dorauerunt eam omnes qui habi
tabant terram quorum non sunt
scripta nomina in libro
uite agni qui occisus est
ab origine mundi. Si quis
habet aures audiendi audiat
Qui in captiuitatem duxerit in captiu
itatem ibit. Qui in gladio occi
derit oportet eum gladio occidi.
Hic est patientia et fides sanctorum.
Et uidi aliam bestiam ascendentem
de terra. et habebat cornua duo si
milia agni. et loquebatur sicut dra
co et potestatem prioris bestie omnem
faciebat in conspectu eius. Et facit
terram et habitantes in ea adorare
bestiam primam cuius curata est
plaga mortis. Et facit signa magna
ut etiam ignem faciat de celo
descendere in terram in conspectu
omnium hominum. Et seducit habi
tantes terram propter signa que data sunt
illi facere in conspectu bestie dicens
habitantibus terram ut faciant ymagi
nem bestie que habet plagam gla
dii. Et uixit. et datum est illi ut da
ret spiritum ymagini bestie ut lo
quatur ymago bestie. et faciet ut
quicumque non adorauerint ymaginem
bestie occidantur. Et faciet omnes
pusillos et magnos et diuites et pa
upercs et liberos et seruos habere
caracterem in dextera manu aut
in frontibus suis. et ne quis possit
uendere aut emere nisi qui habet
caracterem nomen bestie. aut
numerum nominis eius. Hic sa
pientia est. Qui habet intellectum com
putet numerum bestie. Numerus
enim hominis est et numerus eius
est sexcenti sexagenta sex.

Et uidi xliiii
et ecce agnus stabat supra
montem syon et cum illo
centum xl iiii milia habentes nomen
eius et nomen patris eius scriptum
in frontibus suis. Et audiui uocem
de celo tamquam uocem aquarum
multarum. et tamquam uocem to
nitrui magni. Et uox quam audi
ui sicut citharedorum citharizan
tium in citharis suis. Et cantabant
canticum nouum ante sedem
et ante quatuor animalia et
seniores. Et nemo potest dicere
canticum nisi illa centum xl iiii
milia qui empti sunt de terra hi